



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De matrona agonizante, quam mors deserens, clericum iuxta astantem
inuasit, cap. 62.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

plara? Miserrimus de littore se præcipitans, limo profundi infixus est, atque submersus. Et territi sunt valde audientes hæc, scientes hominem plus quam triginta annis pauperibus seruiuisse. Simile contigit cui-dā Cōuerso in ordine nostro, qui pro sanctissimo viro ab omnibus habebatur. APOLLONIVS: Satisfactū fateor interrogationi meæ; sed adhuc vnum est, quod nosse vellem. Quidam putant mortem esse personam; quibus concordat, quod mors in specie hominis cum falce in picturis repræsentatur. CÆSARIVS: Huic fabulæ consentiunt Iudæi, qui dicūt vnum esse angelū, à quo interficitur omne genus humanum. Trahunt autē autoritatē ab eo loco, vbi per angelum percussa sunt omnia primogenita Ægypti. Quid autē sit mors, *Exod. 12* satis dictum est in capitulo primo huius distinctionis: referam tibi tamen aliqua, occasione tuæ interrogatio-nis, vnde satis mireris.

C A P V T L X I I .

Sicut veraciter audiui, matrona quædam nobilis *Mors ap-* in episcopatu Coloniensi ante annos paucos in-pares, firmata est: quæ cùm in extremis agere videretur, multæque matronæ tam ex ordine nobilium, quam ministerialium circumstarent, inuncta est. In vltima verò collecta, vocans ad se cognatam suam, cùm ta-men vix loqui posset, ait: Ne timeas, non moriar mo-dò, vidi enim mortem recedere à me, & inuadere cle-ricū istum, digito eū demonstrans. Mirū in modum in ipsa hora femina desperata cœpit meliorari, & cler-i-cus infirmari, adeò ut die octaua moreretur. APOLLO-NIVS: In qua forma vidit mortem? CÆSARIVS: Nescio; si formam requiris, audi quod sequitur.

C A P V T L X I I I .

IN Episcopatu Coloniensi, villa cui vocabulum est Stamhey, duo milites habitabant, ex quibus unus Gútherus, alter Hugo vocabatur. Nocte qua-dam, cùm iam dictus Gútherus esset in partibus trásmarinis, ancilla pueros eius, antequam irēt cubitum, ad requisita naturæ in curia ducebatur: quæ cùm staret iuxta illos, ecce species quædam mulieris in veste ni-